

## Aduertencias para

¶ Doctor Enriquez Tom. I. lib. 3. de Pænitentia. cap. 16. nu. 7. dicit in glosa, q̄ praxis ostendit videntibus & tacentibus Prælatis omnes fere ex Ordinibus Mendicantibus renunciasse strictis priuilegijs, quæ prohibebant Fratres virtute Cruciate absoluī à casibus reseruatis : modo autem gaudere virtute Cruciate, atq; ita posse absoluī: Fratres vero Societatis ex peculiari Bulla Gregorij. 13. Societati concessa non posse virtute Cruciate gaudere, quo ad absolutionem à casibus reseruatis, quia paucos habet alumnos & feruet zelo perfectionis. ¶ Magister Ludouicus Lopez. p. 2. sui Instrutorij conscientie. cap. 8. de Bulla. fol. 822. & 823. docet in Prætorio Cruciate ita practicari, scilicet, quod virtute Cruciatæ Religiosi etiam Mendicantes possint sibi confessorem eligere, & per sic electum à reseruatis casibus, & censuris absoluī. Secundo dicit, q̄ interim dum persuos Prælatos Religiosis etiam Mendicantibus non intimatur aliqua reuocatio, aut declaratio Papalis, aut au&toritate Papali expedita in contra, non debent inquietari predicti Religiosi sumentes Bullam, neque impediri à facultate sibi concessa in Bulla eligendi.